

Epistola ad Lignitradent
fulda zu Halle Jan. 1835.

54

LACRYMÆ

Super

Beatissimum obitum

AMPLISSIMI, SPECTATISSIMI, DOCTRINA PRU-
TENTIA ET VIRTUTE CLARISSIMI
VIRI

Dn. M. IOHANNIS PRÆ-
TORII,

Scholæ Quedlinburgensis Recto-
ris celeberrimi & meritissimi,

Ex hac Miseriarum Valle in coelestem patriam
placide à Christo evocati
15. Octob. anno 1656.

Fusa

à

Discipulis

Condolentibus ejusdem Scholæ Alumnis.

Quedlinburgi, Typis Johannis Ockelii;



Imitatio Horatiana ex libr: 4. Od: III.

Quem Deus altisonis fatali Numinae cæli
Nunc es dignatus Sancte sacrare modis,
Non cognati illum tristi plangore vocabunt,
Nec, qui mulcendis auribus apta chelys.
Nobilis haud illum medicantis dextera tardat,
Arte minas morbi ludere quæ potis est,
Verum is cum superis electorumq; caterva
Cantica sacra Dei temporat ante thronum
Electos inter Cæli Rex ponere nostrum
Dignatur Rectorem Aligerumq; choros.
Cedro digne tibi Prætori temperat illic
Cum cæli applausu Musica dulce melos.
Monstrans atq; docens cælestia regna colentem
Illa sonare, Deo cantica quæ placeant.
Ergo tui cernis Prætori muneris esse
Nunc arcana Dei discere sacra tui.
I comite aligero, Paradisi collige fruges
Est labor in miseris & sine fruge scholis

debitæ condolentiæ ergo
adjecit

FRIDERICH WILHELM
Reddiger.

Heu

Heu Quedlingiades Musæ circumdate vultus
Peplis; & resonæ sistite pleetra lyræ.
Fundite lachrymulis commixta melidria largis,
Qualia deplorans condidit ales Iyn.

Ah mecum lugete virum, studiosa juvenus
Luge defunctum plebs philomusa virum.
Nam minimè decet, ut velet te splendida vestis
Non est conveniens luctibus ille color
Noster enim occubuit mortem Præceptor, & umbras
Vita hac excedens, cessit ad Elyfias.
Quem Latæ, Hebrææ Grajæq; peritia lingvæ
Cognitio rerum & pectoris acre sophos
Fecerat acceptum summis imisq; videmus,
Jam denati ejus membra locata Taphis
Tamnè cor excultum debent laniare colubri?
Tàm rarum & charum devoret hydra caput
Vivere dignus eras longævi Nestoris annos
Longævi innumeros Methusalæq; dies
Sed quia mors omnes aufert & parcere novit
Nulli, esto luctus tristitiæq; modus
Æqua mente decet mutari nescia ferre,
Et magè, si DEUS hæc si ratioq; probeet
Noster Præceptor mundi satur atq; laborum
Vitæ hujus, sedes scandit ad ætherias,
Carpit ibi requiem non enarrabilis ævi
Gaudia ter sancto non nisi nota DEO.

*In amorem atq; honorem honoratissimi
Domini sui Præceptoris
scrib:*

JOHANNES HENRICUS LÖSCHIIUS
Northufanus Cheruscus.

A 2

Parodia

Parodia Oda 24. lib. 1. Horat.

Quis desiderio sit pudor aut modus
 Tam chari capiti: & praeine lugubres
 Cantus Phoebe tuis: queis miseram Deus
 Sortem cum lachrymis dedit.
 Ergo PRÆTORIUM perpetuus sopor.
 Urget? cui pietas, nixa Deo & fides,
 Summo cum studio, nudaq; veritas
 Quando ullum invenient parem?
 Natis ille quidem flebilis occidit:
 Multò flebilior discipulis suis,

Qui frustra precibus non ita creditum,
 Poscunt PRÆTORIUM Deum.
 Fatum Terrigenis cum revocabile
 Non sit, nec precibus talibus annuant
 Dij, fiat levius sed patientia,
 Quicquid corrigere est nefas.
 Hunc casum placidè ferre decet pios,
 Dum nobis etiam ex carcere corporis
 Emissis, liceat colloquio frui
 Misti Coelicolum choro,

Klag: Lied.

Wo ist der Glanz der Tugend/
 Der Lehrer unsrer Jugend/
 PRÆTORIUS? er liegt:
 Der sonst pflag obzusiegen
 Den Lastern / muß ist liegen/
 Den Todten zugefügt:
 So besteht der Unbestand
 In des Lebens Jammer Land.

Auf diesem Erden Plan.
 So besteht der Unbestand
 In des Lebens Jammer Land.

2.

Der uns so treu gemeynet
 Wird kläglich nun beweinet/
 Weil ihn der Todt entführt.
 Der Todt der kan bestreiten
 Die sonst zu langen Zeiten
 Kein Trübsal hat berührt.
 So besteht der Unbestand
 In des Lebens Jammer Land.

4.
 Drümb wollen wir beschreiben
 Sein Lob / und einverleiben
 Den ganzen Himmelsrund.
 Auch sehen Leich Cypressen/
 Und sein End unterdessen
 Ruhier wol machen kund
 So vergeht der Unbestand
 Auß des Lebens Jammer Land.

3.

Ob wir uns gleich mit Thränen
 Hier schmerzlich alle schnen
 Nach diesen werthen Mann.
 So kan durch unser weinen
 Er doch nicht mehr erscheinen

5.
 Den bey der teutschen Jugend
 Die ungefälste Tugend
 Hat groß und kund gemacht.
 Der Künste pflag zu lieben
 Und Sprachen wohl getrieben
 Ist von uns hingebacht
 Wo nicht ist der Unbestand
 Noch des Lebens Jammer Land.

1. f
 PETRUS Werth / Halberstad:
 Flebi-

Flebimus, ô juvenes, tristissima fata, MAGISTRI:
Ex hoc quem mundo Mors truculenta rapit,
Doctrinâ clarum luge Quedlinga MAGISTRUM,
Qui potuit sobolem rite docere tuam.
Flete etiam Funus scholici Rectoris amici,
Nam cecidit vestræ gloria magna domûs
Qui multis Decus omne fuit, dum vita manebat,
Qui nostratis erat pons & aura scholæ.
Occidit, heu, Rector per falcem mortis, in orbe
Amplius haud nobis, conspiciendus erit,
Nam satur ætatis, gævium satur atq; laborum,
Scandit ad ætheriæ tecta beata domus,
Ipsam illic paradisiacis spectabimus hortis,
Ridere & lætum fundere ab ore jubar.

*In honorem & amorem
defuncti scrib:*

CONRADUS Stender
Hauredensis.

Flete pii juvenes, lugubria promite metra
ILLUM mors avidâ sustulit atra manu.
Qui nos ducebat bifidi ad juga frondea montis,
Ductans nos fidâ ceu pater ipse, manu.
Occubuit noster RECTOR, lugete Camenæ
Heu nostræ cecidit FIRMA COLUMNÆ scholæ.
Vestibus ite Deæ luctus profitentibus atris
Justa nimis subiti causa doloris adest.
Nil certè facilis natura negaverat illi,
Et dederat largas more parentis opes.
Hic etenim rectè linguam cognôrat utramq;
Cum libuit, cultè doctus utramq; loqui.

A 3

Ad-

Addiderat Solymæ quoq; dulcia munera linguæ
Nec minus his iudex de tribus acer erat
Hic potuit rerum causas scrutarier, ortas
A Sole & Lunâ Sideribusq; vices.
Quid tamen ista juvant? Quid nunc opulentia linguæ?
En jacet in gelida morte solutus HOMO!
Iuste DEUS, quid adhuc irarum mittis habenas?
Totq; bonos nobis eripis ante diem?
Parce nec extirpa penitus qui publica curant,
Tandem Parce, iræ fulmina jacta satis.
Interea TU sancte cinis requiesce sub umbra.
Dum tuba supremum clangat adesse diem.

S. C. Q. S.

Cernis, ut horribilis crudeli verbere multos
Conspicuos gravitate viros Mors sternat, & isti
Nequaquam parcat, quem coeli Phœbus ab axe
Mirans atq; stupens scholicam formare juventam
Intuitus fuerat magna cum laude tot annos?
Occidit (heu!) Rector ludi, PRÆTORIUS ille,
Ille catus scholicæ Rector, Doctorq; juventæ,
Quem commendavit toties Rhamdorius olim
(Brunopolis terræ patriæ qui scævola dici
Consilians meruit,) cives prudentibus ausis
Accendens, quare fieri cuperemus alumni
Hujus ludi ex quo præterlabentibus annis
Tam multi juvenes prodissent arte decori.
Talia sed quid ego turbata mente revolve?
Est Prætoriades defunctus ritè labore,
A superis sibi commisso, super astra levatus
Nunc illic curis operumq; labore solutus
Degit, ubi requiem non enarrabilis ævi

Carpit

Carpit, & ante Dei faciem sua præmia captat,
Præmia pro scholico sibi nempe reposita labore
Interea superos ardenti voce precamur
Ut perturbatis casu hoc solatia præstent
Collegæq; suo velit associare fidellem
Doctorem, præcedentis qui imi tamine possit
Cum fructu utiliterq; piam formare juventam.

Sic lugens vovet

CHRISTIANUS PAPE Brunop.
Scholæ Quedl. alumn.

Quedliaca Musa Rectorem plangite vestrum,
Fundite per madidas aquora totagenas.

PRÆTORIUS cecidit nulli virtute secundus,

Maxima qui vestra gloria stirpis erat.

Omnis in hoc fulsit doctrina, modestia summa,

Atq; idè, hoc multos vicu honore viros.

Illius ætherea nunc mens regione recepta est,

Fama sed æternos duras in orbe dies.

Ipsius à tristi nunc crescent ~~funere~~ laudes

Dicere quas longæ posteritatis erit.

Lugens fecit

Julius Matthias Hecht

Scholæ Quedl. Alumn.

DEFUNCTUS PER PROSOPO-
POEIAM ALLOQUITUR
RELICTOS.

EXcipit innumeros hominum brevis hora labores,
Et redit in cineres, vita caduca leves.

Vita

Vita' quid est? Labor est, & habendi vanacupido,
Tristis ad extremum sollicitudo diem
Quicquid habes, hodiè, cras te fortasse relinquet,
Aut modò dum loqueris, desinet esse tuum.
Nudus ut in terram veni, sic nudus abivi,
Sic subito casu, quæ placuere ruunt.
Omne bonum velox, fugitivaq; gaudia mundi,
Monstrantur terris, & citò lapsa, cadunt.
Inveni portum, spes & fortuna valete,
Omni- bus creptus, nunc benè vivo malis.
Nunc ego mutavi, fragilem cum perpete, vita,
Et magis optata, conditione fruor.
Quocirca lacrymas, mea pignora sistite, vivo,
Vivo, nec est vitæ, pausa futura meæ.

Prosopopoeja.

Honoris & amoris ergò, lugensq;
cum lugentibus ad-
didit

JUSTUS MAHNERUS Brunf.
Scholæ Quedl. Alumn.

Occidit ante diem, quem Mors occidit iniqua,
Occidit is nostra Duxq; capusq; Scholæ!
Nempe celebratus toti PRÆTORIUS orbi
Ob pietatis opes, cordis & acris sophos.
Aënis juvenes meritò deflemus ademptum,
Defunctum urgemus flebilibusq; modis.
Quàm citò prætereunt humana tempora vita,
Quàm citò mortales mors inimica rapit!
Per breve vita bonum est, quantumq; accedit ad annos
Labitur, & tacito præterit illa pede.
Funera quis Magni Gnatum Gnatasq; puellas
deplorare Patris voce gemente veset?

Pro

*Pro lacrymis hodiè, queis spargunt funera Patris
Gaudia reddet eis letitiamq; Deus.
Quid brevius vitâ è melius quid morte beatâ?
Quisq; tamen vitam vivere gestit homo.
Non dubiè certum est, cum Christo vivere Latum
PRÆTORIUM, & mistum Cœlicolum esse gregi.
Nos igitur, qui restamus te Christe precamur,
Ut quoq; Cœlicolum nos statione bees.
Felix, qui discit fluxam sic claudere vitam,
Ut sapiat summi gaudia certa Poli.*

Συμπάσχων affigebat

Henricus Christianus Gebhardi
Gadenstedensis Sch: Quedl: Al:

Dicite Quedliades lugubria carmina Musæ,
Funereas quassent com pita quæq; faces.
Omnis & Aonidum Musarum docta caterva
Obtege funebri syndone triste caput.
PRÆTORIUS LUDI-RECTOR meritissimus eheu!
Excessit vitâ deseruitq; scholam.
Ecce caput nostrum, Mecœnas, gloria Ludi,
Instruxit qui nos artibus ingenuis,
Hebræi qui tam sermonis itemq; Pelasgi
Et Latii prompto munere clarus erat,
Lumine jam vitæ (dictu miserabile) cassus
Ex vita hac tristi funere mersus abit.
O tristissima fata! viro tot dotibus aucto
Stamina non vitæ liberiora dari!
Liberiora dari cui fas præ millibus esset,
Utilis officio posset ut esse suo.
At quia sic placuit IOVÆ, sicq; ordinat ipse,
Non fremitu & lachrymis sollicitemus eum;

B

Sed

Sed jam lugubres sistamus Musa querelas,
 Nil nobis prodest tristia verba loqui.
 Non est creptus, saltem est praeceptus, in ipso
 Christo gaudia agit, quæ sine fine manent,
 Amplius immundi videat ne incommoda mundi.
 Nos quibus implicitos anxia vita tenet.
 Sisypha saxa diu volvit cursumq; peregit,
 Tumba capit corpus, spiritus astra colit.
 Interea placido JESU nos respice vultu
 Et charam patriam protege eamq; rege.
 Da nobis fidos doctores daq; Scholarchas
 Qui instillant animis utile dogma pijs.

*In honorem Praeceptoris lachrymas
 bundas adjicere voluit,
 debuit.*

ANDREAS NICOLAI
 Schol. Patr. Alumnus.

Εἰς ἀσεβῆς ὁ αἴθερ εἰς κόσμον ἀμαρτὰ δαήγει
 Ἐκακίη δ' ἀπασιν ὁμοίως δίδου ἀλιτῶσι.
 Ἐνεκα Ἐ. Ἰ. τ. ε. ἔνοχοι θανάτου κρυεροῖο
 Νῶν πάντες πέλομεν. (τέρας ἀτυχίματ' ὄμοιοι!)
 Ἔστιν ὑπερβασιᾶν ὀλοῶν γὰρ μιᾶς ὄλεθροῦ,
 οὐθ' ἀρπάζει τὰς μείζους ἀμμιγα μικρῶν,
 τὰς ἀμαθῆς, ἀγαθῆ τε τέχναις ἔξοχ' ἀείρας,
 ἡμείων ἔτω καὶ δεχθὶ δάσκαλον ἡρα.
 ὦ διδάχων γνῶσιν, γλωτῶν τε νόσιν ἔδωκε
 τὴν σοφίαν τε θεός, τὰς νῦν ἀρχεὶ ὁ πότμος
 Σώματι. φεῖ! λιγέως θαλερόν μ' ἀμρυχέοντες
 κλαίετε. ἔκ' ἄχρας καὶ κλαυθμῶν αἰρέτε αὐτίκα
 Νῶν ὑμῶν, σχολικῶν γὰρ τὴ βασιλῆ' ἀμείνων
 φεύγει μοῖρα σαρὸν; ψυχὴ θεοειδέα δῆπερ
 ἀρανίη ἀγίοις ὑπὸ νεύμασιν ἐν βασιλείᾳ
 ἡμετέρου βίον. φίλε χαῖρε διδάσκαλε χαῖρε.

Ἐν τύμβῳ δνοφερῶ ἀνάπαυμά σοι ἦσιχον εἶη.
Εὐκτοτέρη σοι ἕως καὶ δρείων ἔλθῃ ἀμοιβή,
σῶμα παλίζων βίον εἰς τ' ἀλίαν ἰκάνῃ
Ἀντὶ κακῶν καὶ ἔχῃ ἀγαθῶν ἀμητὸν ἀπάντων.

Magister JOANNES PRÆTORIUS Madl-burgensis,
Scholæ Quedlanæ Rector, cunctis,
qui flent.

e. g. q. (sini) p. d. m.

Quid flētis lacrimas oculis prohibete perennes,
Non curat madidas Mors truculenta genas.

Chronodistichon.

Vita breVIS nostra est Vnâ qVæ DefICIt horâ,
MoX fVglit Vt teneræ Vere tepente nIVes.

Bartholomæus Reclen.

AH! Ah! Ne Probitas, sic triplex triga sororum;
Fle! quem Juno beat nobiliore satu.
Nam meus occubuit mortem Præceptor, & umbras;
Parnassum linguens, cessit ad Elysijs.
Nunc Studium, Musasq; omnes, lucemq; perosus,
Carmina lugubri concino mœsta lyrâ;
Hæc cineri suprema tuo, sint munera, quamvis
Gratia par meritis non queat esse tuis:
Semper in hoc sensu meritorum multa resurgunt
Pignora, quæ faciunt, cur ego multa fleam:
Non Præceptorem, sed Patrem conqueror; immò
Et Præceptorem conqueror, atq; Patrem.
Hic mihi Præceptor, Patris hunc ego & instar amabam;
Nec poterat suboli charior esse Pater:
Hos Ductore sacros hausit de fonte liquores,
Quo rigat ipsa suam calliopea sitim:
Tramite quæ facili ducit, mihi, semita in altos
Pieridum colles, hoc duce plana fuit.
O mi Præceptor: meus ô Præceptor; & aurêi
Manes; ô animæ nomina cara meæ.
Ah! si morte queas reparari lucis in auras,
Te necce mercarer protinus ipse meâ;
Aut tua dispensata colus me mente fuisset,
Nestoris aspiceres Methusalæq; dies.

B 3

AE

At illud quoniam Lachesis mihi saeva negavit,
Tam festinatae mortis apertavia est
Plus æquo lugere velim, lex publica dicta est
Illa semel nasci nos jubet, illa mori.
Ergo vale, salveq; tuâ Præceptor in Urnâ;
Salve iterum; atq; iterum me monitore Vale.
Tranquilla requiesce Pater, Pater optime, terribis
Dum canat ætheriæ Vox inopina tubæ,
Et tibi quas lacrymas & quæ tibi carmina libo;
Care pater, veri signa doloris habe.

*In summo luctu soli & uni ultimi
honoris & amoris ergò scrib:
ἀνρσχεδίασι.*

Christianus Dietricus Ascan:
Schol. Quedl. Alumnus.

Lugete ô juvenes sit tristis tota juvenus
Nam rapuit vobis jam mors inimica JOANNEM
PRAETORIUM, Christus cui spes roburq; salutis
Scilicet ut lustrat terrarum Compita Titan
Sic hic doctrinæ radijs lustrabat acuta
Ingenia illorum queis sunt cœlestia cordi
Adsit lætitiæ cumulus procul omnis abesto
Meeror, cum simus certi lucere per agros
Rectorem Elysios & gaudia carpere cœli
Cum Christo æternum gaude venerande Magister
Siderios inter proceres sanctosque Prophetas.

lugens adjecit

Hermannus Schnurpfell.

Plangite Pierides, pulsateq; pectora palmis,
Ne nimium verò plangite, & esto modus.
Eximiâ cecidit præstans virtute MAGISTER
PRÆTORIUS, nostræ gloria celsa Scholæ.
Quem ingenij bonitas armarat ad omnia, nullum
Quod benè susceptum, cui male cessit opus.
Omnis in hoc nituit virtus, solertia summa,
Idcirco & multos vicit honore viros.

Post

Post exantlatos vitæ officiiq; labores
Hic postquam mundi ritè peregit iter,
Ad superos migrat sedes ubi fata quietas
Ostendunt, postquam tristia multa tulit.
Dissolvi dudum cum Christoq; esse cupivit,
Jam Christi faciem ac ora videre datur.
Ingenii præclara sui monumenta, reliquit,
Et fama æternos durat in orbe dies.
Ejus & à tristi nunc crescent funera laudes,
Dicere quas longæ posteritatis erit.

Ex debito honore & affectu
apposuit

Zacharias Sichling.

O quam vita brevis, quam lubrica vita malorum
Plena, nec ad spatium pervenit illa Patrum.
Exemplum nobis (Eheu) PRÆTORIUS ille est,
Qui nostratis erat Rex, columenq; Scholæ.
Eheu! à nobis PRÆTORIUS ille recessit,
Quem rapuit diæ vis truculenta necis.
Nunc juvenes lugete, nec absit maesta querela,
Plangite, nam justis causa doloris adest.
Quas fundis lægè lachrymas, lectissime fili,
Elicuit patris non reticendus amor?
Quos edis gemitus, ah quot suspiria mittis,
Heu frater, luctus dum tua corda fodit?
Sed flendo transire modum finemq; cavete,
Ultra quem pieras nulla stetit potest.
Est felix Prætoriades, cui claudere vitam
Contigit, & puro scandere corde polum.
Est idem felix, Christi nunc ora tui
Cui datur, angelici inter & esse choris.
Est idem felix, qui nunc spatiatur in hortis
Elysiis, dum nos tristia multa premunt.
Haud ille interijt: sed Christo junctus olympo,
Inter Cælicolas gaudia lauta capit.

Nulla

Nulla falsis terris, cælum te poscimus omnes,
In cælo restant gaudia certa pijs.

In honorem sui Præceptoris desideratissimi apposuit

MICHAEL GEBHARDUS,
Ballenstadenſis Anhaltinus.

Parodia.

Vixi Camænis semper idoneus,
Et militavi non sine gloriâ!
Nunc membra defunctasq; vitâ
Exuvias tumulus tenebit,
Sacrum Minervæ qui celebris caput
Custodit. Heus, Heus, pandite carmina
Funebria, in laudes, & artes,
PRÆTORII celebris MAGISTRI.

O, qui beatum DIVE tenes polum,
Aulam nitentem perpete gloriâ
Mi CHRISTE! cælesti coronâ
Cinge caput Superantis Orcum!

Debitæ observantiæ Ergo

f.

CONRADUS LOEDEL
Quedlinburgensis Saxo.

Qui docuère homines quod justum sit, quod & æquum,
Splendescunt nitidi ut lucida signa poli.
Et tu formasti, PRÆTORI chare, juventam
Moribus in linguis, artibus atq; bonis
Hinc quoq; præ multis cælesti in sede nitebis.
Credita cui claræ cura molesta Scholæ
In terris fuerat, superas nunc incolis ædes
Es collega Scholæ, quam regit ipse DEUS
Nulla quies erat hic sed contra incommoda multa,
Illic sincera est & sine fine quies.

IGIUS Gräber/Blanckenburgensis.

Heu!

Heu! nulli parcit duræ ineleme[n]tia mortis,
 Cuncta sed immitti corpora falce metus!
 Triste simul senium tollit, lætamq; juvenam,
 Dente minax rapido, quicquid in orbe rapit:
 Sic cecidit quoq; JOHANNES PRÆTORIUS, iste
 Doctorum & Scholicæ gentis honorus apex.
 Qui ore loqui poterat quo Græcus & Italus, & quo
 Primus Idumæis notus Apella jugis.
 Vir pietate gravis, multis venerandus & annis,
 Doctrinâ præstans, judicioq; valens.
 Hic ludi sapiens Quedlensis rexit habenas
 Afflictum est ludi, quo moriente, decus,
 Hic fuit ergò Nestoreos Vir vivere dignus
 Annos, atq; scholæ consuluisse diu.
 Ast tantum summo juvenumq; scholæq; dolore
 Eripiunt nobis invida fata Virum.
 Invida sic cheu! rapuerunt fata repente,
 In ludo cujus maximus usus erat.
 Plangite nunc igitur Musæ, nunc plangite Alumni
 Quedlensis ludi, plangat & ipsa schola,
 Quod mors (immiti rapiens fato omnia) tollat
 Hunc clarum meritis, & pietate Virum.
 Quamquam ad Rectorem defunctum munere vitæ
 Funere crudeli sustulit atra dies,
 At tamen ipsius durabit gloria semper
 Nominis, atq; illum nuncia fama canet,
 Donec Olympiaco fulgebunt sidera cælo,
 Et Titan rutilos axe retorquet equos.
 Quæ prius ipse suâ scrutari mente solebat,
 Lucida sub pedibus conspicit astra suis.
 Et Christo innixus cælestes attigit arces,
 Inq; suo Christo gaudia summa capit.

Condolentia ergò apposuit

DANIEL Bernickell / Grüningensis Saxo.
 Scholæ Quedl. Alumn.

Ah

A Hominum vita est variis subiecta periculis,
 Vana est & vitam dicere pænè pudet,
 Principium luctus, Medium labor, ultima mors est,
 Sic est instabilis lubrica vita status.
 Hæc fugiens vita est iter, & profectio longa,
 Cui finem optatam mors truculentà facit.
 Semper ad istud opus sancta ergo mente paremus,
 Ad faciendum alacres nosq; paremus iter,
 Utq; viatores prius haud requiescere possunt,
 Quam veniant in eum quò voluère, locum.
 Sic nos qui peregrè sumus hîc properare decorû est
 In mediâ turpe est nam residere viâ.
 Donec in excelsum tandem veniamus Olympum,
 Difficilis cursus nostri ubi finis erit
 Hoc, ô PRÆTORI, magnâ pietate fideq;
 In Christo decurso est tibi multa quies.
 Corpus humo regitur morbisq; malisq; solutum
 Sed vivum vivit Spiritus ante DEUM.
 Ultima quando dies spatiofo fulserit orbi
 Qua capiet vitæ præmia quisq; suæ.
 Et tumulo surges æris clangore sonantis
 Tunc dabitur vultus cernere & ora DEI.

JOHAN: Goldfues / Elbingerodensis
 Schol. Quedl. Alumnus.

Inclyte præceptor tibi quæ funebria solvam
 Munera? Quæ meritis præmia digna tuis?
 Tu scholæ honoratus rexisti Rector habenas?
 Afflicta est ludi te moriente salus.
 Acer eras scelerum vindex & cultor honesti
 Officio fungens sedulitate piâ.
 Formasti certè magno sudore juventam
 Præceptis sanctis artibus atq; bonis.

Pro

Pro quibus officijs quanquam tibi nulla soluta est
Gratia in hâc vitâ pectore de memori:
Funere sublatus tamen hoc solamen habebis
Præceptor, ne queat quod tua fama mori:
Namq; tuum decorant tumulum servantq; Camenæ
Per quas æternùm vivere fama solet.

Vilhelm Daniel Vernickel,
Heringensis Scholæ Quedl. Alumnus.

Quis lacrymas teneat? quis non lugubria verba
Dicat? sufficiens causa doloris adest!
Tegula non cecidit fragilis de culmine tecti,
Grandine nec tuguri tacta fenestra perit.
Sed nostri est collapsa columna potissima Ludi,
Aoniæ fulcrum & magna columna domus,
Nempe is PRÆTORIUS qui tot feliciter annos,
Rem scholicam mira dexteritate regit.
Sed licet ex oculis lacrymarum maximus imber
Profluat, extinctus non remeare potest.
Soliushoc DEI opus qui aufert redditq; vicissim
Vitam, hujus nutu vivimus & morimur.
Tandem ergo lacrymas sistas, charissime lector,
Tandem esto finis fletibus atq; modus.
Nam nobis cunctis mutanda est vita caduca
Pulvere, post mortem vita perennis erit.

Lugens scripsit

JOHANNES DAITMAN,
Scholæ Quedliacæ Alumnus.

Ⓒ

Ⓜ

Wie jetzt gank unverhofft der rauhe Nord-Wind brauset
Quer über Feld daher / pfeiff / heulet / singt und sauset /
Und reisse der Felder Zier / der Baum und Blumen
Pracht

Mit Ungestümb dahin; So hats der Todt ge-
macht

Bisher in dieser Stadt: Er bleibet nicht vergnüget /
Dass in der Erden schon ein grosser Hauffen lieget

Der Seulen dieser Stadt / der in so kurzer frist

Durch seine Grimmigkeit erleget worden ist.

Das grosse Schulen-Haupt hat er auch hingerissen /

Den wir nun ingesambt alhier betrauren müssen /

Ich sonderlich / dem er mit Blute zugethan /

In aller Wissenschaft auch wohl geführet an.

Ach! dass der Höchste doch Ihm hette wollen mehrten

Die Jahre / dass er mich noch ferner könte lehren /

Doch machts der Himmel so. Er ist ins Freuden-Zelt

Auß aller Noth versetzt / wir sind noch in der Welt.

Also betraurete seinen vielgeliebten
Wern Vettern und hochge-
ehrten Praeceptorem

Fridericus G. Leopoldus.

Du Menschen-Fresser du / was grosse Wunderfachen /
So man sonst nie gehört / kanst du doch offte machen
Was reiffest du hinweg das helle Weisheit-Liecht
Warumb verschonestu des Herren Rectors nicht

Der uns in aller Kunst und Sprachen hat gelehret /

Uns / zartes Musen-Volk / mit Weisheit stets vermehret.

Doch / weil es also ist des Himmels-Herren Will /

Ist Ihm gar wol geschehn / auch muß ich halten still /

Sein

Sein Geist ist an dem Ort / da Tausend hingedencken /
Und aber Tausend noch der Hoffnung Segel lencken /
Der Leib / der isund hat gesegnet unser Kund /
Der fährt allein den Weg zum schwarzen Erden-Mund.
Drum Ihr / Betrübten Ihr / was macht ihr euch viel Schmerken &
Das schwarze Thränen-Kleid thut weg von eurem Herzen;
Nun kan kein Kummer-Wind Ihn ferner blasen an /
Kein Creuses-Nebel Ihn mehr überfallen kan!

Auß schuldigen Mitleiden
setzte solches

Emanuel-Friederich Billig /

Heu, Vir, Nestorios annos qui vivere dignus,
Occidit! & subito transit ad astra poli.
Sic vita est hominum quasi transmigratio, tutum
Nuspiam in hoc toto repperit orbe locum.
Transivere alij, magna virtute Corusci,
Ex hac urbe viri tempore (scito) brevi
Transivere omnes, quo Moses atq; Davides,
Unde & adhuc lugent templa Scholæq; gemunt.
Nunc PRÆTORIADES transit, celeberrimus ille
Præceptor, Doctor Pierijq; gregis,
Qui justo Zelo Rectoris munere functus
Erudijt multos artibus ingenuis.
Quo magè nunc ejus discessum & funera deflent
Filius & Natæ Discipuliq; simul.
Migrasti à nobis, sed Laus Tua honosq; manebit.
Optime PRÆTORI dum reget astra DEUS.

L. f.

Matthias Uldericus Pflüger /
Guelpherb: Scholæ Quæd:
alumnus.

O pie Præceptor, citius cur linquis alumnos
 Musarum, celebris quos schola nostra fovet?
 Cur non vis post hac teneram formare juventam?
 Cur vis commissum deseruisse gregem?
 Virgea cur moriens alijs tua Sceptra relinquis?
 Cur Ludum Musas non resonare doces?
 His juvenes scholici si dictis ora resolvant;
 Talia defunctus dicta notanda dabit;
 Discipuli chari, quæ dicam, sensibus imis
 Condite, vos omnes ista notare juvat;
 Non visum est superis, me vestra diutius acta
 Corrigere, ac artes vos docuisse bonos.
 Non ego vos post hac pensum recitare videbo
 Non ego vos post hac dicta docebo sacra.
 In summâ, scholicos omnes non curo labores,
 Non pulvis scholicus pectora nostra gravat.
 Sed cum Christo adeo veneranda palatia cæli,
 Et capio æthereo præmia magna Polô:
 Quæ si quis vestrum desiderat, ille sequatur.
 Hoc monitum nostrum consiliumq; pium;
 Discite, vos juvenes, immundum temnere mundum,
 Quærite & imprimis cælica Regna Dei.
 Cætera tunc vobis mirâ ratione Jehovah
 Adjiciet; Vobis omen id esse volo.

*Debiti honoris restificandi ergo
 scripsit*

Jacobus Tögelius Hadmersleb:
 Scholæ Quedl: Alumnus.

Mors violenta furit, voces exosa petentis,
 Ensenecat cunctis, pectora docta locis.

Privat

Privat templis piis doctoribus atq; ministris.
Privat praesidibus culta vireta Scholæ.
Qualis erat Rector, decus immortale Scholarum,
Qui mortis, nocua jam sicilicet cadit.
Abstulit atra dies, clarum virtute Magistrum,
Heu! cecidit Scholici, fama jubarq; gregis.
Ille sibi laudes multo sodore paravit,
Discipulos cura fervidiore docens.
Aoniam vexit pubem pietatis habenis,
Ut posset veræ, nosse salutis iter.
Flangitur hinc merito, Rectoris flebile funus,
Et tanti fletur mors inopina viri.
Ergo beatus abi aligerum miscende cohorti.
In terris autem sit cineri apta quies.

*Non magis lubens quam lugens
adjecit*

J. V. Kell/
Scholæ patriæ alumnus.

Epicedium.

Heu mihi! quod cogor funus deslere Parentis,
Quem rapuit tenero mors inopina gregi,
Quod tamen occulti decrevit sanctio fati,
Cui pietas contra tendere nulla potest,
Memiserum! magis est, cum tristia fata Magistri
Rectoris reputo, mens animus que cadit,

Doctor

Doctor erat celebris, verâ pietate coruscus,
Grande decus, nostræ præsidiumq; Scholæ,
Qui noctesque diesque sui querendo salutem
Cætus sollicito munere Rector erat,
Edocuit multos titulo & virtute Magistros,
Qui tituli dignum nomen honore gerunt;
Sed nihil ingenium, nil ars, nil gratia morum,
Nil prodest varijs lingua diserta modis.
Mascula simplicitas veri candoris imago
Occidit, heu patriæ doctor amorq; Scholæ,
Pro meritis requiem, pro mundo habitacula cæli
Dulcia captavit, quæ sine fine manent.
Interris peperit sibi digna Encomia famæ,
Quæ sanè penitus - nescia mortis erunt,
Sed valeas, venerande senex dulcissime Rector,
Qui nostro existis currus & arma gregi.
Æternum salve, nitidi novus incola cæli,
Salve à Discipulo, perpetuumque vale.

*debita honoris & condolentia testanda
ergò apposuit*

Fridericus D. Dannenbergius
Scholæ patriæ Alumnus.

O Tu Phœbe procul, vos & procul ite Camenæ
Heu vestra occubuit gloria PRÆTORIUS.

Mors

Mors atrox illum rapuit, cum funderet usq;
Ardentes, animâ deficiente, preces.
Quisquis sic moritur, non mortuus ille putandus,
In tali ad cœlum janua morte patet.

Johannes And : Calvisius
Quedlinb: Saxo.

Qualiter anxifero ploratu vinitor uvas
Decussas, acri frigore manè gemat.
Taliter effusis lacrymis defuncta videmus
Rectoris nostri membra locata taphis.
Heu dolor, & si quid satagit superare dolorem!
Quantum virtutis cesit ab æde sacrâ,
A sacra quantum decesit Apollinis æde,
Intra Quedlingam, quæ benè structa fuit.
Nôrat hic ingenuas docuisse fideliter artes,
Et mira linguas dexteritate sacras.
Cœtera non dicam, quæ carminis alite scribent,
Mœonii Vates, Pieridumq; cohors.
Nos tamen hunc casum patienter ferre decebit,
Nulla mutari dum ratione queunt.
Sistite jam lachrymas soboles pia patris amati
Siste tuas lachrymas PRÆTORIANA domus.
Nam vester genitor, noster Præceptor in axe
Cæli jam gustat Nectar & Ambrosiam.

f.

JOHANNES CH: Rüb. n.
Stasfurdenfis Saxo.

Vatis.

DAN. 12.



Atis, ego Daniel, Danielis verba, Ma-
gister,

Inscribo Tumulo, post pia fata, tuo:
Qui multos docuit, splendore coruscat Olympi,
Æternumq; velut lucida stella, micat.


DANIEL VILIZ
Quedlinburgensis.


F I N I S.



4/c 37

VD17





B.I.G.

Farbkarte #13

M Æ

obitum

SIMI, DOCTRINA PRU.
E CLARISSIMI

NNIS PRÆ-

II,

urgensis Recto-

& meritissimi,

in coelestem patriam

isto evocati

nno 1656.

ulis

n Schola Alumnis.

is Johannis Ockelij

54

